haitenus et diutius in Regno Poloniae observari solitam.

Idem Consortem Suam Statuet.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Premisliens. Nobilis Atrehorius Zaworski Kosakowicz. Sanus mente et corpore citra a Terris Districtibus Suis Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castren. Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad Actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibusuis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subjiciendo palam, libere, publice, ac per expressum Recognovit. Quia ipse Nobilem Agatam Zaworska olim Nobilis Samuelis Zaworski Szypowicz cum Nobili Anastasia Pogielowna Consorte eius Legitima procreatam filiam, sui vero Recognoscentis Consortem Legitimam eiusque posteros vel in eventu mortis Successores illius ad faciendam et Recognoscendam Inscriptionem Abrenuntiatoriam de bonis paternis et Maternis, eandemque in Vim dotis et expeditionis post illam acceptis Legitime Concernentem ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum duodecem Septimanarum cum personali assistentia sui Recognoscentis, vel in eventu mortis Successorum illius adducere et personaliter statuere. eiusque Nobilis Consortis suae Fratri vel cui de Jure Legitime Competierit in et super bonis suis quibusuis omnibus Summisque quibusuis pecuniariis habitis et habendis se ac suos Successores inscribit et obligat praesentibus. Idque sub damnis Terrestribus simpliciter taxandis. Per eundem Recognoscentem sive eius posteros Fratri Consortis suae aut cui de Jure Legitime Competierit ob non statuitionem eiusdem Consortis suae Statuendae ad 103

exequenda

exequenda promissa pro tempore et loco supra expressis ad soluen-
dum succumbendis praeiudiciis damnis Terrestribus Citatus
extra Regnum cum suis Posteris ad Instantiam Consortis sue
Fratris aut illius quem onus Actionis praesentis de Iure afficit
ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu
etc. Servantur Ligamenta fori ad finem expedienti

Radytowska Zaklice Donat.

1013 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Pre-
misliensibus Nobilis Barbara Radytowska olim Nobilis Demetrii Rady-
towski cum Nobili olim Helena Zanska Consorte eius legitima pro-
creata filia. Nobilis vero Martini Dybinski Consors legitima cum eiusdem
Mariti sui uti Tutoris Coniugalis atque Nobilium Joannis Radyto-
wski Fratris sui germani et Thomae Zanski Amici sui
proximiori personali assistentia et ultroneo ad infrascripta cognoscendum
consensu sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuri-
bus Iurisdictionibusque suis quibus suis propriis et competentibus re-
cedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni
quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis quibuscunque om-
nibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam,
libere publice ac per expressum Recognovit. Quia ipsa bo-
na sua propria et haereditaria infrascripta nempe totam et inte-
gram sortem suam Radytowska nuncupatam quae et quanta
se pertinentem erga alios Consuccessores suos tam post praedictos Pa-
rentes suos, quam post olim Nobilem Stephanum Radytowski Pa-
truum sui Recognoscentis steriliter de hac luce decessum
spectat debite Concernit in sese praetenso Iure Divino et
naturali Successione est devoluta in bonis Villae Uherce
Terra et Districtu praesentibus Premisliensi iacentis et Con-
sistentis Cum omni Omnimodo Iure dominio proprietate
haereditate tituloque haereditario omnibusque et sin-
gulis Sortis praefatae Bonorum Utilitatibus fru-
ctibus proventibus, redditibus Commodis Emolumentis
obuentionibus tum agris pratis Campis pascuis Silvis nemoribus

rubetis